

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Tobias Koestlin.

Köstlin, Tobias

Halle (Saale), 02.1703

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188801)

Vitæ Curriculum

M. Tobia Kœstlini.

Ut petitioni Majorum, requirente
 observantia mea, satisfaciam;
 brevibus, in quantum id fieri poterit,
 ortum, vitam, studiorumq; fata
 designabo. Natus sum Esslingæ,
 libera et imperiali civitate, MD
 XC LXXX. v. Id. Martij: Patre
 M. Gmanno Kœstlino, Diacono;
 matre Maria Magdalena Zollerin.
 His genitus parentibus, qui pro
 cura sua paterna in pietate et
 litteris imbuere me cupiebant, præ
 ceptoribus tam privatis quam publicis
 oppidanæ scholæ commissus sum.
 Patrem sex annos natus amisi,
 à matre ad duodecimum usq; annum
 educatus. Quæ cum diem suum
 obisset, atque sumtus mei ad studia
 continuanda quibus destinatus fueram
 sufficere non viderentur, de alio vite
 genere eligendo inter propinquos
 consultabatur. Erant qui mer
 caturæ professionem mihi suadebant:
 sed hoc consilium à quo mens mea
 non prorsus abhorrebat, tamen
 divina providentia interruptum fuit.
 Nam non multo post in Collegium

alumnorum, quorum duodecim numero
 Yllingæ perpetuo nutriuntur et
 educantur, receptus fui: ubi septem
 annorum spatio constanter permansi.
 Quo tempore ad pietatem et litte-
 rarum studia cum ab aliis præ-
 ceptoribus, tum maxime à M.
 Johanne Hofmanno t.t. Rectore
 meritissimo formatus fui. Privatum
 autem M. Koenigij Archidiaconi
 institutione, usum sum ad Arithme-
 ticam, Geographiam, Geometriam,
 Astronomiam, Physicam et Metaphysicam.
 Horum igitur ductu ita profeci in
 latinis, græcis et philosophicis, ut
 quum octavum decimum ætatis annum
 attigissem, studia mea, suadentibus scho-
 larchis, extra fines patriæ proferre
 mihi proposuerim: idcirco ex collegio
 ab antiquitibus dimissus, scholæ patriæ
 valedixi. Tam vero ex recenti impe-
 dimentum aliquod obstabat, hoc est
 impensorum necessariorum defectus:
 cum neq. stipendium sperare possem,
 ob maiorem civium confluentem, neq.
 ob turmas bellicas aliorum me pro-
 ferre licebat. Hinc ad extremum
 per media arma delatus sum
 Argentinam, ubi ingenium meum
 maxime periclitabatur. Neq. enim
 limare illas artes, quas in patria
 didiceram concessum erat: et egestatis
 causa me oportebat singulis diebus
 quatuor aut quinque horas puerorum
 informatione consumere. Equidem
 laborem illum tum temporis non

invitatus suscipiebam, existimans mihi
 salutarem fore; sed contrarium usus
 mox docebat, cum ita omne tempus
 ad colendas litteras humaniores mihi
 refecaretur. His tamen non obstantibus
 sub initium academicae vitae Logicam
 & Metaphysicam à D. Hartshmidio,
 Ethicam à Prof. Kuhnio, Mathematicam
 à Prof. Reichelt, Rhetoricam vero,
 et Graecismum una cum Hebraismo à
 Magistro privatim legentibus, audiui.
 Postea vacillante animo, utrum Theologia
 an Jurisprudentiae me addicerem; consilia
 hac in re expeti à M. Koenigio Archi-
 diacono et Tutorio Conrectore meri-
 tissimo: quorum ille suadebat Jurispruden-
 tiam, hic Theologiam. Verum cum
 Institutionale Collegium sub D. Feltzio
 incipere vellem, diuq; mecum deliberarem
 quidnam faciendum, Deus quem precibus im-
 ploraveram, ut mihi viam monstraret,
 rem totam mirabiliter intervertit.
 Hac enim mente templum ingredienti
 amicorum quispiam mihi obviis procedebat,
 consultaturus mecum, quae via sibi
 ingredienda esset, Theologia an verò
 Jurisprudentiae: collatis precibus atq;
 consiliis ad sacra studia nos animum
 adicere velle mutuo compromissimus. Funda-
 menta igitur in Koenigii Theol. positivam
 sub D. Zentgravio posui, inde gradum
 promovens Exegeticum, Disputatorium,
 Morale, Homileticum practicum, et histo-
 ricum sub D. Wagnero addidi: deniq;
 examini trimestrali à D. Faustio Praefide
 habito, assidue interfui. Quare factum
 est ut licentiam obtinerem conciones
 habendi matutinas. Neq; hic silentio
 praetercundum, quod, favente Deo, mensam
 liberalem apud D. Papelier Medicum,
 ut & Stipendium ex patria adeptus fuim.

quae majores admoventur stimulos continuandi
 Theologiae studium. Diligentiam proinde
 meam publico specimine de Catecheseos
 sufficientia in locum ad Urbem Vitz et
 sub praesidio D. Zentgravi significavi. Unde
 veniam nactus fuero in solennioribus
 uti vocant, concionibus orationem habendi.
 Quarum prima pro D. Zentgravio fuit
 habita. Accidit autem posthac, ut duo
 ex senatorum numero ad me Weissenburgo
 mitterentur, qui ad Rectorem ludi illius
 me arcefferent: quod tum ob amorem pro
 sequendi studia declinavi. Verum aliquot
 post menses Dux de Bückensfeld ad Diaconum
 Aulicum Episcopillam me vocabat: quod
 munus suscipiendum promiseram, jamque ma-
 teria concionandi in aula ex Tit. II. 7.
 erat propofita, cum forte fortuna ob
 Ducis discessum concio differretur. Interea
 licentiam petebam domum proficiscendi:
 qua concessa iter Eplingam maturavi. Cum
 vero abitu ex patria pararem iussus sum
 concionem habere: qua finita, magistra-
 tus solenni decreto non solum stipendium
 quo huc usque fruius eram, augebat, sed
 etiam ad ministerium promotionem certam
 promittebat, annexo senatus consulto, ut
 vocationem mihi oblatam deprecarer. Id
 quod, Argentoratum reversus, magna cum
 difficultate effeci. Sub omni hac fatali
 necessitate Deum mihi aliam viam non
 frare, qua procedendum esset nondum
 agnovi. Cujus rei illustre documen-
 tum esse potuisset quum cognatorum
 aliquis Johannes Henricus Palm quum
 honoris causa nomino, quotannis stipendium
 dare promittebat, se Italiam Magdebur-
 gicam peterem. Sed ignarus viarum
 Domini fluctuabam omnino qui faciendum
 esset: quod et Professorum Argentoraten-
 sium sedula dissuasio et Patronorum in
 patria partim minatio partim blanditia
 animum turbabant meum. Hoc durum
 certaminis initium erat, quo succumbere

et Argentina remanebam: licet jam Lipsiam
 profecturo ad numeratam ibi pecuniam
 accipiendam literas obtinuissem. Ne-
 glecta igitur optima à Deo per cognatum
 mihi oblata occasione, cum philosophiam
 ex integro repetissem, solenniter de Me,
 taphyseos usu traide D. Hartschmidio
 disputavi, atq; postea Magistri Philoso-
 phiae gradum à Prof. Math. Reichelto
 suscepi: ad quem ambiendum propinqui
 ex patria monebant. Accessit deniq;
 studiis meis Collegium Chaldaico-Syriacum
 in quo fundamentis saltem operam
 dedi. Inter haec omnia via Dei gra-
 tiosa manebant cooperta, donec tertia
 mihi in patrium Pädagogium à Seniore
 ibidem occasio promovendi offerebatur
 quam ambabus, ut ajunt, manibus am-
 plexus, Argentina discedens, Erlingam
 me contuli. Sed vir adveneram, cum
 jam amici dissuaderent istam provinciam,
 et praedictus Palm denuo mihi Italiam
 proficiscendi impendia offerret. Quis
 hic non admiratus fuisset et bonitatem
 et beneficentiam divinam, lento gradu
 me ducentem? Acepsi igitur opportu-
 nitatem iteratam, atq; neglecta omni
 promotione, in hanc Fredericianam
 concessi. ubi brevi tempore via, à
 Deo intenta, monstrabatur, quae hoc
 erat, ut repudiatis terrenis caelestia
 prosequar: id quod feci eo magis, cum
 à juventute mirum in modum Pater
 coelestis me traxerit. Sed vir trimestri
 et quod excurrit praeterlapso à
 Viro maxime Reverendo Franchio
 in numerum Collegii orientalis Theologiae
 recipiebar. Improvisum hoc, quod

mihi accidebat, libens suscepi; atq;
 à magistratu patrio concessa venia,
 ibidem permānere constitui. Hac
 potiora fata sunt, quæ annotare
 volui. Reliquo vitæ tempore
 Deus pro infinitæ gratia et
 misericordia sua benedicere velit,
 quo in sui nominis gloriam, animæ
 nec salutem et aliorum emolu-
 mentum omnia cedant. ~~~~~
 Halæ Magd: Mense Febr. cl. 13 cc. III.